

Sit hæc Transaction perpetua Lex & pragmatica Imperii  
Sanctio im posterum, æque ac aliæ Leges & Constitutiones  
fundamentales Imperii &c. It. R. I. de 1532. §. Nachdem  
auch etliche re. nec non Ord. Cam. P. II. Tit. 28. §. Und dies  
weil bishero re. A contraria vero affirmativa scil. sententia  
præ aliis stat Reinkingius, qui potestatem istam Legibus  
Imperii intra Territorium derogandi plane & simpliciter Sta-  
tibus tribuit, in Tract. de Regim. Sec. & Eccles. Lib. II. Cl. 2.  
c. 10. n. 5. hoc modo contendens: *Statuta namque Juri pu-  
blico contraria hi duntaxat pro modo jurisdictionis suæ con-  
dere possunt, qui jus Superioritatis, sive regalem eamque  
perpetuam in Territoriis suis potestatem habent, &c.* Cujus  
vero sententiam indistinctè affirmativam minimè nostram  
facimus.

## §. VI.

Alii distinguunt; ut Knipschild. postea *supr. cit. l.* &  
Ludolph Hugo *in sepius allegato Tract. de Statu Reg. Germ.*  
*Cap. II. §. 21.* an Legi universali clausula derogatoria quoad  
Statuta Provincialia vel consuetudines adjecta sit, an secus;  
& hoc casu ab illa recedere & contrarium statuere, isto au-  
tem casu nullo modo id posse Imperii Status existimant;  
Si vero consideramus 1.) ejusmodi clausulam derogatori-  
am non semper expresse apponi, ut ipse Ludolph Hugo  
*cit. l.* fatetur, & nihilominus alias ob causas huic, vel il-  
li Constitutioni publicæ derogare minimè licitum esse. 2.)  
Clausulam istiusmodi derogatoriam omnibus fere Recessi-  
bus tacitè inesse videri, dum in fine eorum communiter  
hæc verba legantur: *Und Wir Chur-Fürsten/ Fürsten/  
Prälaten/ Graffen und Herrn / auch des H. Reichs  
Frey- und Reichs- Städte re. gereden und versprechen  
in rechten/ guten/ wahren Treuen solche/ so viel einem  
jeden selbst/ seine Herrschaft/ oder Freunde/ von denen  
er abgesandt/ oder Gewalthaber ist/ betrifft/ oder be-  
treffet*